



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Constitutiones In Diocesana Synodo  
Vviae-||dislaviensi**

**Karkowski, Stanisław**

**Colonię, 1572**

**VD16 W 4100**

De Impedimentis Ordinandorum. Tit. VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62991](#)

versabitur, ut eorum dignitatem explorent, qui sunt sacris ordinibus adhibendi, sed maiori etiam diligentia in id incumbent, ut eos, qui ad Parochias instituendi sunt, accurate examinent, num reuera tales sint, quibus tantum hoc munus, (cura nimirum animarum) mandari queat. Huius autem ipsorum munieris partes, copiose sunt in Concilio Tridentino perscriptæ, indeq; peti possunt. In concursu tamen, si qui vñquam (ut quidem optandum est) acciderit, eorum potissimum rationem habeant, qui facto cap. 18. diligenti examine, præ ceteris videbuntur digniores.

TITVLVS VI.  
DE IMPEDIMENTO OR-  
dinandorum.

V Ideat examinatores, ne quid hæreticum sapiant, qui ordinandi sunt: ne sint doctrinæ christianæ ignari, & bonarū literarum rudes, ne spurijs, ne mēbro aliquo notabili deformes, ne caduco morbo vexati, ne apōstate: ne minores natu, q̄ sacrū Cōcil.

Tridē.

76 CONSTITVT. VVLADISLA.

Tridentinum et Canones exigunt:  
ne infames vel energumeni, ne abste-  
mij, excommunicati, vel Simoniaci.  
nam qui eiusmodi sunt, arcendi e-

1. runt ab ordinibus. Quod si quid in  
eorum examine difficilius acciderit,  
nostro vel vicarij nostri iudicio res  
terminabitur. Cùm enim præstan-  
tissimum sit sacerdotij munus, nemi-  
ni dubium esse potest, quin sit etiam  
cura maxima in his deligēdīs & pro-  
bandis adhibenda, qui sunt in hunc  
ordinem publico iudicio cooptādi.  
Nam accidit persæpè, vt populus ex  
sacerdotum dignitate, sacramento-  
rum etiam dignitatem metiatur:
- 2.
- 3.

TITVLVS VII.  
DE PROVISIONIBVS SEV IN-  
stitutionibus.

**Q**uoniam non tantūm in ordi-  
nibus cōferendis, quantum in  
his instituendis, quibus mandatur  
animatorum cura: locum habet illud  
i. Tim. 5 Apostoli prēceptum: Manum citò  
nemini imposueris. Ideo summa di-  
ligentia